Rostocker Dokumentenserver
Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.
Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

Martin Luther

Dispvtatio D. Mar||tini Lvther The-||ologi, Pro De||Claratione || Virtvtis In||dvlgen-||tiarvm.||

[Basel]: [Petri], 1517

http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn888249144

Druck Freier Zugang PUBLIC DOMAIN

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de /rosdok/ppn888249144/phys_0001

Fg - 1392

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn888249144/phys_0002

Paucas
ſed pretioſas hasce paginas
in Bibliothecam Academiae patriae
Roſtochienſis
inferre voluit
gratiſſimus ejus quondam civis
Zacharias David Schulemann
Meoclenburgicus
A. M. et Coll. Min. Princ. Lipſ. Collegiatus
Lipſ. D. XII. Maji CIƆIƆCCXLIII.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn888249144/phys_0003

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn888249144/phys_0004

DISPVTATIO D. MAR TINI LVTHER THE- OLOGI, PRO DE CLARATIONE VIRTVTIS IN DVLGEN- TIARVM.

Ex Bibliotheca Academiae Rostochiensis

UNIVERSITÄTSBIBLIOTHEK ROSTOCK

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn888249144/phys_0005

AMORE ET STVDIO ELVCIDANDAE ueritatis hæc ſubſcripta diſputabunt̃ Vuittenbergæ, Præſidēte R. P. Martino Luther, Artiū & S. Theologiæ Magiſtro, eiuſdemq; ibidem lectore Ordinatio. Quare petit ut qui non poſſunt uerbis præſentes nobiſcum diſceptare, agant id literis abſentes. In nomine domini noſtri Ieſu Chriſti. Amen.

i DOminus & Magiſter noſter Ieſus Chriſtus, dicendo pœnitentiā agite &c. omnem uitam fidelium, pœnitentiam eſſe uoluit.

ij Quod uerbū pœnitentia de pœnitentia ſacramentali (.i. confeſſionis & ſatiſfactionis quæ ſacerdotum miniſterio celebratur) non poteſt intelligi.

iij Non tamen ſolā intēdit interiorē: immo interior nulla eſt, niſi foris operetur uarias carnis mortificationes.

iiij Manet itaq; pœna donec manet odium ſui (.i. pœnitentia uera intus) ſcilicet uſq; ad introitum regni cælorum.

v Papa non uult nec poteſt, ullas pœnas remittere: præter eas, quas arbitrio uel ſuo uel canonum impoſuit.

vj Papa nō poteſt remittere ullam culpā, niſi declarādo & approbando remiſſam a deo. Aut certe remittēdo caſus reſeruatos ſibi, quibus contēptis culpa prorſus remaneret.

vij Nulli prorſus remittit deus culpam, quin ſimul eum ſubijciat humiliatum in omnibus ſacerdoti ſuo uicario.

viij Canones pœnitentiales ſolū uiuentibus ſunt impoſiti: nihilq; morituris, ſecundū eoſdem debet imponi.

ix Inde bene nobis facit ſpirituſſanctus in Papa: excipiēdo in ſuis decretis ſemper articulum mortis & neceſſitatis.

x Indocte & male faciūt ſacerdotes ij, qui morituris pœnitētias canonicas in purgatorium reſeruant.

xj Zizania illa de mutanda pœna Canonica in pœnā purgatorij, uidentur certe dormientibus Epiſcopis ſeminata.

xij Olim pœnæ canonicæ nō poſt, ſed ante abſolutionem imponebantur, tanq; tentamenta ueræ contritionis.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn888249144/phys_0006

 2

xiij Morituri, per mortem omnia ſoluunt, & legibus canonũ mortui iam ſunt, habentes iure earũ relaxationem.

xiiij Imperfecta ſanitas ſeu charitas morituri, neceſſario ſecum fert magnũ timorem, tãtoq; maiorẽ, quãto minor fuerit ipſa.

xv Hic timor & horror, ſatis eſt, ſe ſolo (ut alia taceam) facere pœnam purgatorij, cum ſit proximus deſperationis horrori.

xvj Videntur, infernus, purgatorium, cælum differre: ſicut deſperatio, prope deſperatio, ſecuritas differunt.

xvij Neceſſarium uidetur animabus in purgatorio ſicut minui horrorem, ita augeri charitatem.

xviij Nec probatũ uidetur ullis, aut rationibus, aut ſcripturis, ꝙ ſint extra ſtatum meriti ſeu augendæ charitatis.

xix Nec hoc probatũ eſſe uidetur, ꝙ ſint de ſua beatitudine certæ & ſecuræ, ſaltem oẽs, licet nos certiſſimi ſimus.

xx Igit̃ Papa per remiſſionẽ plenariã omniũ pœnarũ, non ſimpliciter omniũ intelligit, ſed a ſeipſo tm̃modo impoſitarũ.

xxj Errant itaq; indulgentiarũ prædicatores ij, qui dicunt per Papæ indulgentias, hominẽ ab omni pœna ſolui & ſaluari.

xxij Quin nullam remittit animabus in purgatorio, quã in hac uita debuiſſent ſecundum Canones ſoluere.

xxiij Si remiſſio ulla omniũ omnino pœnarũ põt alicui dari: certũ eſt eam nõ niſi perfectiſſimis.i. pauciſſimis dari.

xxiiij Falli ob id neceſſe eſt, maiorem partẽ populi: per indifferentẽ illam & magnificam pœnæ ſolutæ promiſſionem.

xxv Qualẽ poteſtatẽ habet Papa ĩ purgatoriũ gñaliter talẽ habet qlibet Epiſcopus & curat⁹ in ſua dioceſi, & parochia ſpãliter.

j Optime facit Papa, ꝙ nõ poteſtate clauis (quã nullam habet) ſed per modum ſuffragij, dat animabus remiſſionem.

ij Hominẽ prædicant, qui ſtatim, ut iactus nũmus in ciſtam tinnierit, euolare dicunt animam.

iij Certũ eſt nũmo in ciſtam tinniente, augeri quæſtũm & auariciam poſſe: ſuffragiũ aũt eccleſiæ eſt in arbitrio dei ſolius.

iiij Quis ſcit ſi omnes animæ in purgatorio uelint redimi, ſicut de ſancto Seuerino & paſchali factum narratur?

v Nullus ſecurus eſt de ueritate ſuæ contritionis; multo minus

de conſecutione plenariæ remiſſionis.

vj Quã rarus eſt uere pœnitens, tam rarus eſt uere indulgẽtias redimens.i.rariſſimus.

vij Damnabuntur in æternum cũ ſuis magiſtris, qui per literas ueniarũ ſecuros ſeſe credunt de ſua ſalute.

viij Cauendi ſunt nimis, qui dicũt uenias illas Papæ, donum eſſe illud dei inæſtimabile, quo reconciliatur homo deo.

ix Gratiæ enim illæ ueniales tantũ reſpiciunt pœnas ſatiſfactionis ſacramentalis, ab homine conſtitutas.

x Non chriſtiana prædicant, qui docent, ꝙ redempturis animas, uel confeſſionalia non ſit neceſſaria contritio.

xj Quilibet chriſtianus uere cõpunctus, habet remiſſionẽ plenariam a pœna & culpa, etiã ſine literis ueniarũ, ſibi debitam.

xij Quilibet uerus chriſtianus ſiue uiuus ſiue mortuus, habet participationẽ omniũ bonorum Chriſti & eccleſiæ, etiam ſine literis ueniarum, a deo ſibi datam.

xiij Remiſſio tamẽ & participatio Papæ, nullo modo eſt cõtemnẽda: quia (ut dixi) eſt declaratio remiſſionis diuinæ.

xiiij Difficillimũ eſt etiã acutiſſimis Theologis, ſimul extollere ueniarũ largitatem, & contritionis ueritatem coram populo.

xv Contritionis ueritas pœnas quærit & amat. Veniarũ autẽ largitas relaxat & odiſſe facit, ſaltem occaſione.

xvj Caute ſunt ueniæ apoſtolicæ prædicandæ, ne populus falſe intelligat, eas præferri cæteris bonis operibus charitatis.

xvij Docendi ſunt chriſtiani, ꝙ Papæ mens nõ eſt, redemptionem ueniarũ ulla ex parte comparandã eſſe opibus miſericordiæ.

xviij Docendi ſunt chriſtiani, ꝙ dans pauperi, aut mutuans egenti, melius facit, ꝗ̃ ſi uenias redimeret.

xix Quia per opus charitatis creſcit charitas, & fit homo melior: ſed per uenias nõ fit melior, ſed tm̃modo a pœna liberior.

xx Docẽdi ſunt Chriſtiani, ꝙ qui uidet egenũ & neglecto eo, dat ꝓ uenijs: nõ indulgentias Papæ, ſed indignationem dei ſibi uendicat.

xxj Docendi ſunt Chriſtiani, ꝙ niſi ſuꝑfluis abundent, neceſſaria tenẽt domui ſuæ retinere, & neq̃ꝗ̃ ꝓpter uenias effundere.

xxij Docendi ſunt chriſtiani, ꝙ redemptio ueniarum eſt libera, nõ præcepta.

xxiij Docendi ſunt chriſtiani, ꝙ Papa ſicut magis eget, ita magis optat, in uenijs dãdis ꝓ ſe deuotã orationẽ, q̃ ꝓmptã pecuniã.

xxiiij Docẽdi ſunt chriſtiani, ꝙ ueniæ Papæ ſunt utiles, ſi nõ in eas cõfidant: ſed nocẽtiſſimæ, ſi timorẽ dei ꝑ eas amittant.

xxv Docendi ſunt chriſtiani, ꝙ ſi Papa noſſet exactiones uenialiũ prædicatorũ, mallet Baſilicam S. Petri in cineres ire, q̃ edificari cute, carne & oſſibus ouium ſuarum.

j Docẽdi ſunt chriſtiani, ꝙ Papa ſicut debet ita uellet: etiã uendita (ſi opus ſit) Baſilica S. Petri, de ſuis pecunijs dare illis, a quorũ plurimis quidã cõcionatores ueniarũ pecuniã eliciũt.

ij Vana eſt fiducia ſalutis per literas ueniarum, etiã ſi Cõmiſſarius, immo Papa ipſe ſuã animã pro illis impigneraret.

iij Hoſtes chriſti & Papæ ſunt ij, qui propter uenias prædicãdas uerbum dei in alijs eccleſijs penitus ſilere iubent.

iiij Iniuria fit uerbo dei, dum in eodem ſermone, æquale uel longius tempus impenditur uenijs q̃ uerbis euangelicis.

v Mens Papæ neceſſario eſt, ꝙ ſi ueniæ (quod minimũ eſt) una cãpana, unis pompis & cærimonijs celebrant̃: Euangeliũ (qđ maximũ eſt) cẽtũ cãpanis, cẽtũ põpis, cẽtũ cærimonijs p̄dicet̃.

vj Theſauri eccleſiæ, unde Papa dat indulgentias, neq; ſatis nominati ſunt, neq; cogniti apud populum Chriſti.

vij Temporales certe nõ eſſe patet, ꝙ nõ tã facile eos ꝓfundunt: ſed tm̃modo colligunt multi Concionatorum.

viij Nec ſunt merita Chriſti & ſanctorũ: quia hæc ſemꝑ ſine Papa operant̃ gratiam hominis interioris, & crucem, mortẽ infernumq; exterioris.

ix Theſauros eccleſiæ S. Laurentius dixit eſſe, pauperes eccleſiæ, ſed locutus eſt uſu uocabuli ſuo tempore.

x Sine temeritate dicimus claues eccleſiæ (merito Chriſti donatas) eſſe theſaurum iſtum.

xj Clarum eſt enim ꝙ ad remiſſionem pœnarum & caſuum ſola ſufficit poteſtas Papæ.

xij Verus theſaurus eccleſiæ eſt ſacroſanctum Euangelium glo-

riæ & gratiæ Dei.

xiij Hic aũt eſt merito odioſiſſim⁹, q̃a ex primis facit nouiſſimos.

xiiij Theſaurus aũt indulgẽtiarũ merito eſt gratiſſim⁹, q̃a ex nouiſ-ſimis facit primos.

xv Igitur theſauri Euangelici rhetia ſunt, quibus olim piſcabantur uiros diuitiarum.

xvj Theſauri indulgẽtiarũ retia ſũt, qb⁹ nũc piſcãt diuitias uirorũ.

xvij Indulgentiæ, quas cõcionatores uociferant maximas gratias, intelliguntur uere tales quoad quæſtum ꝓmouendum.

xviij Sunt tñ re uera minimæ ad gratiã dei & crucis pietatẽ cõpatæ.

xix Tenent Epiſcopi & Curati ueniarũ apl̃icarũ cõmiſſarios cum omĩ reuerẽtia admittere.

xx Sed magis tenentur omnibus oculis intendere, oĩbus auribus aduertere, ne pro cõmiſſio-one papæ ſua illi ſomnia prædicent.

xxj Contra ueniarũ apoſtolicarũ ueritatem, qui loquit̃, ſit ille ana-thema & maledictus.

xxij Qui uero cõtra libidinẽ ac licen-tiã uerborũ Cõcionatoris ueniarũ, curã agit: Sit ille bñdictus.

xxiij Sicut Papa iuſte fulminat eos, qui in fraudem negocij uenia-rum quacunq; arte machinantur.

xxiiij Multo magis fulminare intẽdit eos, qui per ueniarũ prætextũ in fraudẽ ſanctæ charitatis & ueritatis machinantur.

xxv Opinari uenias papales tãtas eſſe ut ſoluere poſſint hoĩem, etiam ſi qs ꝑ impoſſibile dei genitricẽ uiolaſſet, eſt inſanire.

j Dicimus contra ꝙ ueniæ papales, nec minimum uenialium peccatorum tollere poſſint quoad culpam.

ij Q̃ dicit̃, nec ſi. S. Petrus modo Papa eſſet, maiores gratias donare poſſet, eſt blaſphemia in S. Petrũ & Papam.

iij Dicimus cõtra, ꝙ etiã iſte & quilibet papa maiores habet. Scilicet Euangeliũ, uirtutes, gratias curationũ &c. ut. j. Co. xij.

iiij Dicere Crucem armis papalibus inſigniter erectã, cruci Chriſti æquiualere, Blaſphemia eſt.

v Rationẽ reddent Epiſcopi, Curati, & Theologi, Qui tales ſermones in populum ſpargi ſinunt.

vj Facit hæc licẽtioſa ueniarũ prædicatio, ut nec reuerentiã Papæ facile ſit etiã doctis uiris redimere a calũnijs, aut certe argutis quæſtionibus laicorum.

vij Scilicet cur Papa non euacuat purgatoriū, ꝓpter ſanctiſſimam
charitatē, & ſummā animarū neceſſitatē, ut cauſam omniū
iuſtiſſimā, Cū tñ infinitas animas redimit ꝓpter funeſtiſſi-
mā pecuniā ad ſtructurā Baſilicæ quæ eſt cauſa leuiſſima.
viij Itē cur ꝑmanēt exequiæ & anniuerſaria defunctoꝝ, & nō red-
dit aut recipi ꝑmittit bñficia pro illis inſtituta, cū iam ſit iniu
ix Item Quæ illa noua pietas Dei (ria pro redēptis orare.
& Papæ, ꝙ impio & inimico ꝓpter pecuniā cōcedūt, animā
piā & amicā dei redimere; Et tñ ꝓpter neceſſitatē ipſius met
piæ & dilectæ animæ, nō redimūt eā gratuita charitate.
x Itē cur canones pñiales, re ipſa & nō uſu, iādiu in ſemet abro-
gati & mortui; Adhuc tñ pecunijs redimunt̄ ꝑ cōceſſionē in-
xj Itē Cur Papa, cuius opes (dulgētiarū tanꝗ̄ uiuaciſſimi.
hodie ſūt opulētiſſimis Craſſis craſſiores, nō de ſuis pecunijs
magis ꝗ̄ pauperū fidelium ſtruit unā tm̄mō Baſilicā S. Petri.
xij Itē Quid remittit aut ꝑticipat Papa ijs, q ꝑ contritionē ꝑfectā,
ius habēt plenariæ remiſſionis & participatiōis.
xiij Itē Quid adderet̄ eccleſiæ boni maioris, Si Papa ſicut ſemel fa-
cit, ita centies in die cuilibet fideliū has remiſſiōes & ꝑticipa-
xiiij Ex quo Papa ſalutē quærit animarū (tiones tribueret.
per uenias magis ꝗ̄ pecunias, Cur ſuſpendit literas & ueni-
as iam olim cōceſſas, cum ſint æque efficaces.
xv Hæc ſcrupuloſiſſima laicorū argumēta, ſola ptāte compeſcere,
nec reddita rōne diluere, eſt eccleſiā & Papā hoſtibꝰ ridēdos
xv Si ergo ueniæ ſe- (exponere, & infelices chriſtianos facere.
cundū ſpm̄ & mentē papæ prædicarent̄, facile illa oīa ſolue-
xvij Valeant itaqꝫ oēs illi ꝓphetæ, qui (rent̄, immo nō eſſent.
dicūt pp̄lo Chriſti, pax pax, & non eſt pax.
xviij Bene agāt oēs illi prophetæ, q dicunt pp̄lo Chriſti, Crux crux,
& nō eſt crux.
xix Exhortādi ſunt Chriſtiani, ut Caput ſuum Chriſtum per pœ-
nas, mortes, infernoſqꝫ ſequi ſtudeant.
xx Ac ſic magis per multas tribulationes intrare cælum, ꝗ̄ per ſe-
curitatem pacis confidant.

M.D.XVII.

Bibliothecae Academiae Rostochiensis

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn888249144/phys_0012

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn888249144/phys_0013

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn888249144/phys_0014

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn888249144/phys_0015

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn888249144/phys_0016

de conſecutione plenar… s.
vj Quã rarus eſt uere pœnit… s eſt uere indulgẽtias re
dimens.i.rariſſimus.
vij Damnabuntur in æternu… giſtris, qui per literas ue
niarũ ſecuros ſeſe credu… te.
viij Cauendi ſunt nimis, qui d… las Papæ, donum eſſe il
lud dei inæſtimabile, qu… tur homo deo.
ix Gratiæ enim illæ ueniales… unt pœnas ſatiſfactio
nis ſacramentalis, ab ho… utas.
x Non chriſtiana prædicant… ꝗ redempturis animas,
uel confeſſionalia non … contritio.
xj Quilibet chriſtianus uere… habet remiſſionẽ plena
riam a pœna & culpa, et… ueniarũ, ſibi debitam.
xij Quilibet uerus chriſtianu… iue mortuus, habet par
ticipationẽ omniũ bon… ti & eccleſiæ, etiam ſine
literis ueniarum, a deo ſi…
xiij Remiſſio tamẽ & particip… ullo modo eſt cõtemnẽ
da: quia (ut dixi) eſt decl… ionis diuinæ.
xiiij Difficillimũ eſt etiã acutiſſ… gis, ſimul extollere ue
niarũ largitatem, & con… atem coram populo.
xv Contritionis ueritas pœna… mat. Veniarũ autẽ lar
gitas relaxat & odiſſe fa… caſione.
xvj Caute ſunt ueniæ apoſtoli… dæ, ne populus falſe in
telligat, eas præferri cæte… eribus charitatis.
xvij Docendi ſunt chriſtiani, ꝙ… nõ eſt, redemptionem
ueniarũ ulla ex parte cor… ẽ opibus miſericordiæ.
xviij Docendi ſunt chriſtiani, q… ri, aut mutuans egenti,
melius facit, ꝙ ſi uenias …
xix Quia per opus charitatis … as, & fit homo melior:
ſed per uenias nõ fit meli… do a pœna liberior.
xx Docẽdi ſunt Chriſtiani, ꝙ… enũ & neglecto eo, dat
ꝓ uenijs: nõ indulgenti… indignationem dei ſi
bi uendicat.
xxj Docendi ſunt Chriſtiani, q… s abundent, neceſſaria
tenẽt domui ſuæ retiner… pter uenias effundere.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn888249144/phys_0017